

CAESARII  
IN DIALOGUM MIRACULORUM

1,1

PROLOGUS

„Colligite fragmenta ne pereant.“

Cum ex debito iniunctae sollicitudinis aliqua ex his quae in 5  
ordine nostro nostris temporibus miraculose gesta sunt et  
quotidie fiunt, recitarem noviciis, rogatus sum a quibus-  
dam cum instantia multa, eadem scripto perpetuare. Dice-  
bant enim irrecoverabile fore damnum, si ea perirent per  
oblivionem, quae posteris esse poterant ad aedificationem. 10

Cum ad hoc minus essem paratus, tum propter Latini  
sermonis inopiam, tum propter invidorum detractionem,  
accessit Abbatis mei imperium, nec non et Abbatis Loci  
sanctae Mariae consilium, quibus contradicere licitum | 2  
non est. 15

Memor etiam praedictae sententiae Salvatoris, aliis „pa-  
nes integros“ turbis frangentibus, id est, fortes scriptur-  
rarum quaestiones exponentibus, sive excellentiora mo-  
derni temporis acta scribentibus, ego „micas decedentes“  
colligens, propter inopes, non gratia, sed literatura, duo- 20  
decim ex eis sportellas implevi. Totidem enim distinctioni-  
bus omne opus divisi.

---

<sup>1</sup> Herzlich gedankt sei für Ihre Unterstützung Frater HERMANN HERZOG (Marienstatt), Altabt G. HRADIL, (Heiligenkreuz), Pater A. SCHACHTENMEYER (Heiligenkreuz), Pfarrer G. KALCKERT (Heisterbach), Frau B. KUNZE, Frau K. SZANISLO, Frau B. MARFORDING, Herrn K. LÜKE, Herrn Dr. K. WINKLER und vielen anderen, die das Erscheinen dieses Werkes ermöglicht haben.

<sup>2</sup> Der Ausdruck *temporibus nostris* bedeutet bei Caesarius stets „in unserer Epoche/Zeit“; vgl. GREVEN, *Kleinere Studien* 21 f.

<sup>3</sup> Topos der Bescheidenheit.

<sup>4</sup> Topos der böswilligen Kritiker. Schon HIERONYMUS, *praef. in Iob* (731 WEBER), fürchtet *obtretractores*.